



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

M
causa

nullo
sunt
c non
ntare
ulta-
aliis
etè,
post-
q. 20.

Con-
r ha-
con-
ouin-
odem
om-
alios
. 21.

ciali
erua-
illam
ostri
diani
orum
au-
cō-
isla,

SEPVLTVRA. 379

missa, semper remaneat apud eorum
Vicarios, & Vicariorum Vicarios.

q. 21. art. 9.

Ad usum Bullæ Cruciatæ requiri-
tur in professis expressa Prælati li-
centia non tamen in Nouitiis ad
quos non se extendit easum refer-
uatio, art. 10. & 11.

SEPVLTVRA.

Vide *Habitus, Parochius.*

Morientes in habitu Ordinis ne-
cessariò olim sepeliendi erant
apud Fratres ; hodie tamen libe-
ram habent sepulturam ubiuis eli-
gendi facultatem. tom. 3. quæst. 58.
art. 5.

Prohibentur Clerici sacerdotes &
Regulares sub pena maledictionis
æternæ , aliquem inducere ad vo-
uendum , iurandum , & fide inter-
posita , vel alias promittendum se
electurum sepulturam in sua Eccle-
sia ; nec omnino valet talis elec-
tio , si fiat ; unde necessariò sunt
sepeliendi in monumentis maio-
rum suorum , aut in loco , quem
priùs elegerant. Quod si de facto
Religiosi sepelierint ; tenentur ad
restitutu

restitutionem corporis , si petatur; necnon omnium oblationum in exequiis factarum ; alias ipso facto interdicto subiacent. art. 7.

Hæc constitutio cùm sit pœnalis requirit , Primò , vt effectus sequatur. Secundò , vt persona inducens faciat non nomine proprio, sed totius communitatis. Tertiò , vt alliciat ad eligendum in sua Ecclesia , non in Ecclesia alterius Ordinis. Quartò , vt vere inducat ; vnde exhortans solum non incurrit eam censuram ; non interueniente voto, iuramento , aut promissionem. ibidem.

Omnibus utriusque sexus licitum est in habitu Fratrum Minorum sepeliri ; nec id prohibere potest quisquam. Prælatorum sub pœna excommunicationis Papæ reseruata quam canonica monitione præmissa contrafacientes incurruunt. Hic autē habitus dandus est à Guardiano loci , aut eo solo cui ille commiserit; & indulti, deportādi sunt aper- tè sine ullo tegumento , non obstante omni statuto , consuetudine aut præcepto Ordinariorum. quæst.

59. art.

59. art. I.

Professus necessario sepeliendus est in Monasterio ; Abbas vero, Nouitius, & Oblatus possunt alibi eligere sepulturam. quæst. 60. art. 1. & 2.

Non tenetur Monasterium ad impensas sepulturæ Nouitij diuitis, sed eius hæredes. art. 4.

Monachus decebens propriarius, iure priuatus est sepultura Ecclesiastica. Quod intellige, si ante mortem præmonitus noluit resignare, vnde moriens cum bursa, inhumandus est in loco sacro, quia in dubio bene iudicandum, & præsumendum habuisse licentiam, aut voluntatem resignandi, sed ex obliuione, &c. non fecisse, quod fallit in Fratre Minore, apud quem si etiam minima pecunia quantitas inuenta fuerit, non est in loco sacro inhumandus. q. 61. art. I.

Indignos Ecclesiastica sepultura iure potest Episcopus impedire, ne ad loca Fratrum exempta deferantur, non autē ipse intrare loca Fratrum, & iam humo (licet iniuste) mandata corpora extrahere, nisi defun-

G 43

382 S T A T V T V M.

Etus fuerit usurarius manifestus,
excommunicatus publicè , & no-
minatim interdictus: tunc enim iure
potest. art. 4.

S I M O N I A.

Vide Dispensare , Donare , Dos, No-
nitius , Professio.

S T A T V T V M.

STATUTUM , est quod fit à commu-
nitate; præceptum à Superiore; illud
valet morre Provincialis , aut
Generalis ; hoc morte præcipientis
finitur. to. i. q. 10. art. 1.

Statutum Ordinis ; v.g. Capituli
generalis , non valet contra ius Ca-
nonicum ; nec generale carens au-
thoritate Apostolica , contra illud
quod habet. art. 3. & 4.

Pœnale statutum volunt aliqui
etiam obligare ad culpā , si talis pœna
non subeat; sed contrarium est ve-
rius , cùm in Religione pœnæ non
semper debeat respicere culpas, sed
sæpe mortificationem. art. 6.

Omnes Moniales Fratribus Mi-
noribus subditæ , tenentur accepta-
re statuta Ordinis etiam Prouin-
cia